Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Porro successu temporis sacrum Baptistæ caput in partes divisum, diversa in Occidentis loca distractum fuit. Anno 1204 in exercitu gallico, quod Balduino Imperatori in auxilium Constantinoplim venerat, erat quidam Walo Clericus Ambianensis diœcesis: qui dum in patriam reverti cogitabat, nec hinc aliquo Reliquiarum thesauro volebat, ~~in~~ nactus occasionem ~~in~~ templo S. Georgii de Mangana faciem S. Joannis B. ornatam pilcolo argenteo deaurato cum superscriptione AΓIOC IOAΝΝΗC ΠΡΟΔΡΟΜΟC. Hagios Joannes Prodromos. ~~Cum hoc thesauro~~ Igitur hunc thesaurum occulte secum deferens, Ambianum rediit, illumque in Ecclesia Ambianensi solenniter deposuit anno 1206. Hæc ex Ms. Ambianensi Relatione apud Papebrochium ad 24 Jun. Cranii partem a Balduino II missam esse S. Ludovico Galliæ Regi, etsi ~~Sa~~ Capella Palatii servari testatur Cangius in Constantinop. l. 4, c. 4. Partem alia obtinuerunt Veneti. Minores ejusdem particulæ, alia apud Aricenses in Artesia, alia in Ecclesia collegiata Longiporati, alia in Cathedrali Suessionensi servari dicuntur. Parte sinciputis Novionensis S. Magdalenæ Ecclesia, cerebro Abbatia Tironensis in Pertica gloriantur. Maxillæ pars Capellam S. Mundi in diœcesi Lugdunensi, pars Abbatiam Ordinis Præmonstratensis S. Joannis Ambiani; ~~Mauti~~ pars Bellvaci in Ecclesia cathedrali, pars Nemausi, pars Tarini, ~~colunturque~~ pars Legione in Hispania colunturque. Frontem Ecclesia Ovetensis sibi vendicat. Dentes S. Joannis B. servantur Aquisgrani, Tornaci, Bellvaci, Meisterbachii, aliisque in locis. Augustæ Vindelicum in Ecclesia S. Crucis ipse talem vidi et veneratus sum. Capilli quoque Ovetii, Bellvaci, Trevirii, Coloniæ, et alibi, creduntur existere. Præterea inter habitis Caput S. Joannis B. se habere gloriatur oppidum Angeriacense in Aquitania; utri et Ecclesia S. Silvestri Romæ. Ast vero relationem illam de Capite Angeriacensi fabulosum ~~est~~, Caput ipsum non Baptistæ, sed alterius Joannis, Martyris Alexandrini

/ castri

esset, cum Baronio lentiss. Pap. Baronius Martyrologio Rom. Cal. Sept. quod postea Romam ad Ecclesiam S. Silvestri ad Campum Martium devotione asservatur: ipsum idem Papebrochius fuisse, idem Papebrochius.

At Caput ipsum etiam p[illegible] Pontificum fuisse: qui tum Vas[illegible] apolis, Antiochiæ, ac Jaffæ [illegible] asservari, et ~~quotannis in festo~~ [illegible] ~~in~~ ~~illo~~ liquoris atque ebulli[illegible] hinc fuisse abundare. [illegible] facitamus esse eunos servati[illegible] rit difficile dictu est. Na[illegible] nensis l. 1 Miric. c. 19: paulo decollatus, matronam qu[illegible] hostium venisse, postquam [illegible] conem sanguinem concha c[illegible] in Galliam retulisse. Sed han[illegible] latam esse fabricatur Papebr[illegible] credere, sanguinem a Dis[illegible] cestum, postmodum a fi[illegible] et fuisse allatum.